

№ 2

II

МОСКОВСКАЯ БИБЛИОТЕКА

МАГАЗИНЪ УЧЕБНЫХЪ ПОСОБИЙ

КАНЦЕЛЯРСКИХЪ ПРИНАДЛЕЖНОСТЕЙ

Учен _____ класса

Livoniae supplicantis

Orationis

L. Textor. p. 12 ab

№ _____

ПОКРОВКА, РЯДОМЪ СЪ 4^{ой} ГИМНАЗИЕЙ.

1425

pg. 12

Quis quid tristius spectaculum ullum, aut
 mortis imago esse potuit? Omnis ordinis
 et sexus homines, in genua prostrati, etiam
 beneficii loco mortis quamvis horrendam ex-
 petebant. Uxores maritorum, liberi matrum
 complexibus haerentes, partim metu attoni-
 ti, partim ejulatu, ac ploratu cuncta
 complectentes; ~~tantum~~^{deum} funesto illo incendio si-
 mul in auras sublatis, miserime disjicie-
 bantur, discerpebanturque.

Qui ex tam horribili strage relictis fuerunt,
 crudelissimi hostis mandato cuncti, insepul-
 tique feris objecti; aliqui inter eos tanta
 immanitate flagris lacerati, ut carne omni
 defluente, intestina ipsa nudarentur alii ve-
 rubus fixi, et ad ignem tostati, omnibus miseri-
 mum, soli Tyranno, crudelitate oculos pascea-
 ti, jucundissimum spectaculum praebant.

Haec si oculis spectari nunc non possunt,
animis certe capi possunt, atque crimine
proditionis Livones vel excusare apud ple-
bem, vel, ut qui satis poenarum etiam
insortes dederunt, misericordia saltem per-
mittere, et vel inferis spiritum illis, sati-
are debent.

Non difficile autem judicare ex hac re est,
spontane, an metu, ac terrore, judicio suo
an extrema desperatione; errore denique, an
prudenter, Moschi, Magnae imperium fidei
suae praetulissent.

Diva quidem memoriae Stephanus Rex, re-
cuperator Livoniae cum prudentissime omnia
haec expendere; rerum et temporum illorum
memoriam, quam nunc vel tanti temporis
praescriptio, etiam jure ipso, tollere debebat.
perpetua oblivione obliterandam, planeque
abolendam putavit, qua de re aliquot re-
scripta ejus extant: unum tantum ex illis
caput addam.

Ceterum intelligimus (inquit) magnam partem
Nobilium, qui partes Moschi sequuti fuerunt,
bonis multatam fuisse; et ob alios qui

in fide

3
perstitissent, non aequam locum rationem du-
ci. Quare nos, cum hoc eorum factum, non
tam improbitati aut ambiguae eorum fidei
quam potius temporum iniquitati, et diffi-
cultati tribuendum putamus; Idcirco id nego-
tium Illustri Curlandiae Duci; ut ipsis Nobilibus
partes alienas sequentis, clementiam nostram
offerat; simulque polliceatur gratiam, in re-
stituentis bonis illorum, nullo jure ademptis.

Propriacerte haec mansuetudo ^{zoffm} magnanimi tatis
Clementiae ac consuetudinis amplissimi hujus
Imperii atque generis est; ut cui liberalitate,
humanitate, naturae quadam amabili boni-
tate, vera illa et hominibus ingenuis digna
libertate antecellat nulla gens est. Quod si
tamen ne hisce quidem rebus, tot tantisque du-
riores aliqui sibi satisfieri patiuntur; si quisquam
perfidiae ejus auctor socius extet; animadverta-
tur sane jure in eum; nominetur atque ad publi-
ca Regni Comitia citetur quam primum ab Justitiae
gatore; quamprimum etiam legitime convictus; in
eum id quod Jure est statuatur: ob unius atque
alterius culpam, non uno crimine omnnes involvan-
tur, aut a Praefecturis excludantur, aut perni-
ciosiore etiam mora aliorum, partim insortium,
partim optime

etiam meritorum, vita fortunae fama omnia.
Denique, quae carissima hominibus esse debent,
in suspensio relinquuntur.

Tribus, Divae memoriae Regis, in Moschorum
expeditionibus, primum pars aliqua Lithuaniae,
et maxima deinde Livoniae recuperata in
Moscho est; nulla sine Livonia juventute fuit,
Aliae aliquot post mortem Divi Alphani Regis,
cum Interregni tempore, tum S. R. M. V. feli-
cissimi Imperii, non pro Livonia jam, sed pro
universi amplissimi Imperii hujus salute, atque
dignitate, partim contra Turcam, Tartarosque, par-
tium alios hostes incidit, nec ab eorum quidem
plurisque Livonia abfuit.

Citare ejus rei vis non universos Ordines testes
possemus; si ullis locupletioribus testibus opus
nobis esset, quam H. D. Joanne Zamoreio, Regni
Cancellario, et H. D. Palatino Vilnensi; altero
Regni, altero M. D. Lithuaniae belli praefectis
quos, cum debitum virtutis testimonium tribu-
tuos, nullo modo dubitare debeamus; cur veteres
ac voluntarii socii, saepe etiam optime meriti,
aeque graviter, quam vel servi, quam hostes,
notamur? Cur non modo libertate, sed spectatam
fere omni, praemiorum, in propria patria nostra
adipiscendorum, in perpetuum ~~pena~~ privamur? Cur
non aeque celeriter benemeritis, quorum vita, mo-

4
res, virtutes, gesta eque res sunt exploratae,
praemia, atque poenae malemeritis constitutun-
tuntur? Nam si infligendae poenae sunt ma-
lis, sua quoque praemia tribuenda sunt bo-
nis.

Si ergo pristinum Jus, si Societas, si nostra meri-
ta nihil amplius valere apud se debere putant.
Misericordia saltem nostrae R. M. V. Illustri-
simaeque, atque amplissimi Ordines moveat;
moveat existimatio exterorum; moveat
nonnullor etiam ipsius provinciae cura.

III. Ein Brief des J. S. Salfelder, 1687 an den Kaiser.
Sacram Regiam Majestatem Vestram

Equidem fortuna nostra ea est, ut supplices non modo
simus, verum libenter etiam simus. Neque sane, quam
vis non modo a supplicibus, sed devictis etiam hostibus
dictum, nobis quoque in mentem venit dicere; Qua-
les habiti fuerimus, tales nos quoque esse debere;
Sudentiae tamen R. M. V. Illustri-simae cuiusque Ordinum
est, in omnes casus, atque tempora Republicae libe-
ralitate potius, ac clementia, devictos sibi animos
hominum provinciae ejus habere, quam servitute
oppressos.

Judiciorum cum Moscho, at quo cum hoste? Quam
ob ~~vini~~ vicinitatem parato? Quam gravi autem ob
potentiam? in exitu jam fere tempus est.
Livonia, quam ab hominibus, proesidiis, apparatu
denique, atque instrumento bellico imparata atque
inopis sit, malum S. R. M. V. Illustri-simaeque
Ordines, ex aliis, quam ex nobis, cognoscere,

(p. 17)

Si bellum, aut repentini periculi aliquid ingruat, provincialibus, si non omne, maxime certe pars oneris episcopi incumbet.

Horum igitur animos confirmandos potius, quam debilitandos, pro divina prudentia sua statuent.

Ut nunc enim se res habent, Constitutionibus istis manentibus, pro qua re pugnare possunt; pro quas omnibus periculis se objicere; sanguinem denique vitamque profunderere debeant; M. V. Illustrissimis, cuique Ordines secum cogitent.

Pro libertate? Deteriore fere conditione, quam servi, sumus.

Pro dignitate? ab omnibus Praefecturis, in quibus commodi aliquid sit, exclusi sumus.

Pro conjugibus et liberis? ut in seruitute eorum loquamur.

Pro fortunis? in dubio, ac summa incertitudine versantur, et quotidie in maiorem adhuc incertitudinem vocantur. Didimus antea non id nos petere;

ut pristinis pactis praecipue steter; ut solis Livonibus magistratus, honoresque conferantur; et ne hunc quidem id petimus, et si jure optimo id petere videmur;

modo ab eis non excludamur, modo infamia notaque ea a nobis auferatur; aequaliter omnia distribuantur, ut onera se commoda sint paria, ut unius denique corporis membrum, eodem etiam loco et jure, univasa Livonia habeatur.

Qua quidem, cum (p. 18) salus forte;

naeque atque reliqua res provinciae episcopi atque adeo una fere continentur; de reliquis duabus rebus, quae proposita a nobis sunt minus fortasse laborare debemus. Illa enim obtenta, ne in vires quidem, quae ab illa pendent, difficultatis quicquam futurum speramus.

Quae nobis tamen earum rerum rationes in mentem veniant; non possumus facere, quin paucis demonstremus.

Quod igitur ad Privilegium, et possessionum certitudinem, tam necessariam in illa provincia attinet; supplicamus R. M. V. Illustrissimis, utque

Ordinibus, cognitionem omnium Jurium, ac possessionum Livonicarum, proximae futurorum Comitiorum tempore definire, ac circumscribere velint.

ita vimirum, ut ad ea Investigator R. M. V. omnes quos publici aliquid possidere existimet, evocet; et

similiter privati inter sese convenire mutuo se possint: in Comitibus autem illis, ut R. M. ex Ill. Illustrissimis Ordinibus aliquot deputet, qui huic factum

Cognitioni vacent, omniaque Jura, ac causas cognoscant. Quod ab illis statutum fuerit, id ratum sit: posthaec nulli amplius quaestio de bonis

moveatur; sed ut quisque possidet, ita possideat. Ita neque Reip. aut privato alicui injuria aliqua fiet: cum jure vindicandi quisque tempus, et facultatem habiturus sit; et aliquis tamen incertitudinis episcopi finis erit.

Fit tamen casus (p. 19) exceptis

de quibus Citationes jam interceserunt, quaeque amplius integrae non sunt.

Et certo Jure, Judicioque, quam sine ~~his~~ iis nulla provincia, maxime autem ea, quae ad suam manum vastitatem superioribus bellis redacta fere fuerit, subistere possit, non necesse est nos multis ostendere.

Constitutiones quaedam a Divae memor. Stephano Rege, datae vobis fuerunt: sed quae ad formam potius Judiciorum pertinerent, quam Jus certum legemve vobis praescriberent; et quae nunquam adhuc executioni demandatae fuerint.

Jus Livonicum, quo provincia ea ab immemora- bili tempore usa fuerat, ejusdem Regis man- dato vel pervidendum vel corrigendum vel confir- mandum Regi, qui ad etiam per Legatos Livoniae se recepisse, scripto profiteretur, exhibueramus ad hoc usque tempus jacet. Iterum quam de- signatissime R. M. Illustrissimisque Ordinibus sup- plicamus, ut hanc nominis ~~hanc~~ beneficique sui memoriam, miserae supplicique provinciae re- linquere velint, ac jura, legesque suas, S. R. M. felicitateque ejus temporibus acceptas eam referre.

Atque haec quidem sunt, quae prima ac prore- cipua vobis sint.

Sunt et alia nonnulla, quae partim ad eas res, de quibus locuti sumus, probandas; partim ad

ps. 20.

alia postulata, rationesque nostras pertinent. Quae quidem ipsa, ne Sacrae R. Majestatis V. amplissimorumque Ordinum occupationes, multo- moremur, uno quasi iudice comprehensa, scrip- tis peculiariter offerimus. Quo facilius autem ad exitum earum rerum pervenire possimus, de- legari aliquos ex Senatu, tum Equesti Ordine, a R. M. V. quanta summi subjectione possimus, petimus, qui et accuratius de postulatis nostris cognoscant, et tam ipsa, quam censuram de iis suam ad R. M. V. amplissimosque Ordines referant. Nos, si aliud nihil vel praestare vel polliceri possumus, summam certe fidem atque subjectionem laique perpetuam et immortalem cum R. Majestati V. tum amplissimo Imperio hanc, et pollicemur et Deo dante, semper pae- stabimus.

Ex Privilegio Sigismundi Augusti ubi dicitur de
Dietis et Privilegiis Rufficorum etc.

Ed. Privilegio dato Grodno 15 Aug. - - -

Sequuntur nunquam antea formulis typographicis
vulgatae.

Responsum

S. R. M. Generosus et Nobilissimus Reinholdo
Bronckel Capitanus Ernest. et S. R. M. Commarito Othoni
Dönhoff Heredi in Fidoen, Danti Kleben R. M. per
Livoniam Secretario, Notario ten. Livoniae a No-

Nobilitate ad Comitatus hanc legatis Datum War.
Jaruae die 25 mensis Martii a. 1597.

Quare Nuncii Provinciae Livoniae tam apud S. R. M.
Senatumque et omnes ordines publice quam deinde
apud Delegatos ex Senatu et equestri Ordine no-
mine Provinciae ejus diligentissime proposuerunt,
benigne S. R. M. intellexit.

Quemadmodum autem antea clementia S. R. M. Pro-
vinciae illi non defuit, ita nunc quoque non invita
S. R. M. fecit, ut ex Senatu et equestri Ordine de-
legaret, qui postulata eorum cognoscerent: et cum
postulata ipsa illorum, tum quam de eis sen-
tentiam S. R. M. et Ordines referrent: quo certe
tandem aliquo, omnium Ordinum autoritate, in
praesentibus hinc comitis status de illis posset.

Ex Delegatorum eorum tam Senatorii quam equestri
Ordinis communi sententia et renuntiatione, quo in
aliquem certum tandem statum et ordinem provincia
ea dirigatur, tum ipsorum provincialium fidei
eo magis etiam sibi ac Reip. S. R. M. devinciat, ita
de postulatis illis eorum benigne deservendum
censet.

Autem quod ad formam Judiciorum, ut ea quae
a D. memorie Decese S. R. M. Stephano Rege
publicis constitutionibus praescripta illis est, non
modo servetur, sed effectui etiam atque execu-
tionis tandem demandetur, S. R. M. censet. Quam

7
quidem ob causam, ut Judicia ea mox exerce-
antur, justitiaeque unicuique administretur, officia
deputatos magistraturoque, qui vacant, quam pri-
mum S. R. M. in quos idoneos judicabit conferet:
eademque sub poena mille florenorum officia
magistraturoque suos mox obire administrareque
tenebuntur: quorum tamen electio D. mem. Stepha-
ni Regis constitutionibus ipsis provincialibus per-
missa est, eos in primo conventu publico ipsi eligere
et R. M. praesentare debeant.

Proesidibus seu palatinis Livoniae locum in Senatu
mox post alios vetustiores Palatinos assignandum
S. R. M. putat: Castellanos item professionatos
ex singulis nationibus singulos institutos pu-
tat, qui ipsi etiam locum post alios Castellanos
in Senatu habeant.

Ius secundum quod Nobilitatis causae judicentur,
Saxonicum illis ~~per~~ permissendum S. R. M. putat:
salvis tamen exceptis illorum ~~si~~ si quae exci-
pienda putarint: ejusque rei causa quam pri-
mum generalem conventum totius Provinciae illis
iudicare non intermitteret. Modum vero et rationem
executionis hanc illis praescribendam putat: ut
nimirum ad executionem rei judicatae sex septima-
ris ante terminum citationem quisque ponat, quae
ad Palatinum loci Reum citet. Ne vero quisquam
ignorationem positionis citationis obtendere possit:
ut singulis foris septimanalibus in civitate ali-
qua Reo proxima, quemadmodum et in civitate, in

qua Judicia ejus districtus celebrabatur per
praeconem positam citationem proclamanda
curet: intra quod tempus nisi transierit, idque
in terminis quietationibus authenticis docuerit, aut
judicatio paruerit, palatinus loci nulla dilatio-
ne admissa Reum proscibat, Actoremque ma-
nu armato nulla exceptione obstante in bona
intromittat. Obligati vero sint Palatini post
duodecim septimanas iudiciorum generalium ce-
lebratorum iudicia executionis rerum iudicatarum
habere. Tam iudicia autem quam iuri illi
quod elegerint, ut omnium nationum (Ms. 25)
homines qui in Livonia possessiones aliquas sive
proprietas sive regias tenuerint, subintet parent,
aequum S. R. M. censet.

Ad conventus etiam quod attinet: itidem S. R. M.
statuit ut pristina constitutio ejusdem D. mem.
Decessoris ejus Stephani Regis servetur: utri-
umque ante generalem Conventum quem S. M. suc-
cessoribus ejus vel necessitate aliqua publica ur-
gente vel ante Comitum Regni ubi R. M. success-
oribusque ejus videbitur arbitrata suo iudicent, in
singulis Praefectibus seu Palatinatibus particula-
res Conventus Praefides habeant, in iis Legatos ad
generalem Conventum eligendos mittendosque curent
ad quem R. M. quemadmodum ad aliarum terrarum
Conventus Legatum suum cum instructione mittet.
Ad Conventum vero istum omnes, etiam ii pertineant
Legatosque suos mittere teneantur, qui supremo

8
rato & mem. Stephani Regis Constitutione inter-
esse illi jubentur: secundum et ordinationem ta-
men D. mem. Stephani Regis confirmationemque
etiam R. M. praesentis: Nobilitas Livonica
nisi tantum Praefecto gentis suae, quemadmo-
dum hactenus ita deinceps quoque subiecta
neque distracta sit.

Cum vero maxime de Constitutionibus Anni 89
et 90 nominatim eadem quod a plerisque
Arcium quae in Constitutionibus illis nominantur
iure et possessione ipsi Livones omnino exclu-
dantur, et ante et nunc etiam per Legatos suos
questae Provincia sit, ex Delegatorum utriusque
ordinis, quemadmodum supra ostensum est, sen-
tentia, ut beneficio hoc tanto magis de iure Re-
pub. sint, supra nominatam Constitutionem eo modo
declorandam putat: ut tertia supra menora-
torum Arcium indigenis etiam propriis et bene-
meritis Livoniae, sub vi et obligatione in Constitutione
Anno octuagesimo nono expressa, conferre S. R. M.
iustas successoresque ejus et dare teneantur et
obligati sint. Teneant autem eas Arces, iuxta eas
ordinationes quas deinceps de iis instituerit S. R.
M. ac Ordinibus videbitur. De tribus autem Arci-
bus Souell, Seroyea et Esla, an hereditariae sint,
cognitio ut sit.

Cum etiam grave imprimis sibi esse ostenderent, quod
maxime in causis judicialibus duobus sigillis Regni
et M. D. Lithuaniae uti debeant, ipsi aequitati Con-
sultancum S. R. M. iudicat, ut posthac in omnibus

causis etiam ~~in~~ quae tam ad Comititia quam ad Curiae R. M. ~~in~~quisitionem pertinent Citationes sub Sigillo terrestri sumant, eaeque Citationes eandem vim habeant, ac si ex Cancellaria R. M. editae sint.

Quod praeterea Polonicae Lithuanicaeque gentis homines nullas fere proprias possessiones in Livonia habeant ut provincia eo tanto melius excoli, iudicisque et Magistratus ab omnium trium illorum nationum hominibus administrari possint, ut bona immutiora hereditaria etiam jure inter triam illarum nationum homines, tam in Livoniae viciniam quam Polonicae et Lithuanicae pro rata tamen parte et pro numero et pro cuiusque meritis, postea in Provincia ea R. Majestas conferat, et supra commemoratorum Dominorum Feligatorum sententia, et requisitum et utilitissimum judicat, ita tamen ut ea quae jam ante ab arcibus separatim teneantur hoc nomine tantum comprehendantur: in posterum ^(Custom) autem nihil ab Arcibus separetur, et proprietatis quidem ac Dominii jure ^{res} possessionis ea teneant sine consecratione R. M. Successorumve ejus vendant aut alienandi ea potestatem non habeant.

Ad extremum ut inquisitionis in eos qui perfidiae alicujus suspecti sunt, et Dominiorum proprietatisque cuiusque possessionis finis tandem et certitudo aliqua sit, Commissarios ex Senatu et equestri ordine mittendos in Livoniam S. R. M.

9
putat, qui Verdae tanquam in ~~meditullis~~, Judiciis terrestri arbitrio, ad requisitionem eorum qui perfidiae alicujus cujuscunque gentis convincere voluerint, scrutinia iuxta juris formam substituant, eademque sigillo terrestri obsignata ad proximam subsequentia Comititia deferant, similiterque eos qui bona aliqua vel repetant vel in possessione aliquorum sunt, aut summas aliquas ~~per~~ hypothecasque se habere praetendant ~~et~~ eidem iudicio terrestri arbitrio, Privilegia et testimonia suscipiant, eadem fideliter connotanda curent, similiterque ad sequentia Comititia deferant, et vel in proximis Commissionem eam subsequentibus Comititiis, vel si in iis definitivas res non possent: in secundis tam in qui perfidiae alicujus accusati fuerint, quam jure aliquod in bonis ac summis praetendant, se timent, ut in iis Comititiali Decreto de omnibus iis tandem definitur: si in binis proximis Commissionem subsequentibus Comititiis definitur non potuerint, ut et de iis qui in crimen aliquod perfidiae vocati fuerint perpetuum silentium sit; statuendum S. R. M. putat ^{et} ut quique ac quo jure possidet possideat. Eorum tamen bonorum causis exceptis de quibus Citationes jam intercesserunt, aut actio maxime in iudicio S. R. M. instituetur, de quibus cognitionem definitionemque et jam post bina Comititia integra manere debere statuit.

Atque hanc quidem moderationem in praesentia ex communi placuimus supra ostensum est, do-

minorum utriusque Ordinis Delegationem seu
sententia et iudicio exhibendam S. R. M. existimat:
Si quid tamen praeter haec reliquum adhuc in
illis esset, quo Provinciales gravari se putarent
Deinceps a R. M. etque Ordinibus de iis abrogan-
dis petendi liberam integramque facultatem
habebunt.

Ac cupivisset quidem R. M. de omnibus iis
quae supra commemorata sunt, vel in hisce
Comitiis ex omnium Ordinum auctoritate cer-
ti quicquid definiti potuisset. Cum autem Comitia
haec ita dissoluta sint, ut nihil omnino sta-
tutum in illis potuerit, ad proximam futura Comi-
tia necessario omnia haec rejicit. Interim
clementiam pro pensionem suam Regiam cum
Provincialibus universis tum ipsis Nunciis eo-
rum benigne defert.

Sygm. Rex. L. L. L. S.
Polon. Lithuan.
Laurentius Gembicki Secr. major.

Judicia diversorum fere eadem:

- 1) D. Andreae Volani Secret. Regii, Vilnae 1. Jul
1597 v. supra 29. April 98
- 2) Magnifici Domini Joannis Abramovicii
Palatini Sandom. v. 9. Aug. 97
- 3) Henrici Gijii, 4) D. Mathaei Dresneri v. 12. Aug
1597

7) Dardii Cytnei, Rostock. posturice Michaelis 97

6) Justicij:

De oratione, quam pro Livonia tua in Comitiis
habuisti, Kilcheni generose, vis dicam, quid sen-
tiam? Dicam ingenue, et sine ullius morfa.
Legem diversis animo. Eo enim Res Patriae
tuae rediisse, attonitus ingemui, et vicem ejus
vehementer dolui. Quis enim non obturbetur,
Provinciam tuam florentem, quam olim propter
rerum omnium affluentiam civis regno aequi-
paratam accepimus, tam misere persuadari:
Vulera Civis servitute premi, et in propria ta-
trix exilium - ...

Salomon Fraenclius a Friedenthal,
Reipubl. literariae apud
Rzeszow
Ephorus
Rogatus ipse die festo Michaelis
1599.

Nov 962 I

11

Livoniae supplicantis oratio



1424

1.

Ignoranti portum nullus fuit ventus est
(aut P. J. Lazare 45. 35. 1750)

2.

In part in Moskowitzen von Grief in der Ruffenkinge
(= Sam. 8. 1750) Franz N. 1750, Chronik pg. 38.

nicht in seiner Privatigkeit.
 Es sind Tellen bekannt, wo Freunde, die in holländischen
 Gassen aufeinander zugehen, bald darauf bleibt uns offen
 und sie gegenseitig gegenständig den Untergang suchen
 zu haben, oft ein Volk in ein Haus geworden sind.
 Allein bekannt ist nicht für fast alle großen
 Mächte gültige Wort:

Hostem qui periet, mihi erit Carthaginiensis:
 Quique erit: cuius erit fiet.

Was den Feind betrifft, ist nicht ein Katholik,
 was ein Feind und was ein Feind ist ein Feind.
 Das mag. (Cicero de lege agraria contra Servilium
 Kullum II 35)
 Wenn wir uns Feinde sind, so sind wir doch nicht Feinde
 der Nationen. Niemand sollte uns
 unsere Waffen gegen die große: nicht ein Feind
 oft genug für den Fall, die in unserer Gesellschaft sind
 die Nationen haben wir uns in unsere Sa-
 rianität in unterländischen Privatigkeit aufzuweisen
 sondern die ist ein Feind für alle Tage, wird
 fliehen das Datum, das wir uns in unsere unterländischen
 ein Feind ist von allen die Feinde aufgestellt
 werden.

Auch die in unserer Gesellschaft, die in unserer
 Gesellschaft, was jeder Feind für Feind, ist nicht ein Feind.
 und nicht das Feind ist ein Feind, was nicht ein Feind
 Feind, z.B. in seiner Privatigkeit, ist nicht ein Feind.

Was die Feinde betrifft, ist nicht ein Feind,
 was ein Feind und was ein Feind ist ein Feind.
 Das mag. (Cicero de lege agraria contra Servilium
 Kullum II 35)
 Wenn wir uns Feinde sind, so sind wir doch nicht Feinde
 der Nationen. Niemand sollte uns
 unsere Waffen gegen die große: nicht ein Feind
 oft genug für den Fall, die in unserer Gesellschaft sind
 die Nationen haben wir uns in unsere Sa-
 rianität in unterländischen Privatigkeit aufzuweisen
 sondern die ist ein Feind für alle Tage, wird
 fliehen das Datum, das wir uns in unsere unterländischen
 ein Feind ist von allen die Feinde aufgestellt
 werden.

Was die Feinde betrifft, ist nicht ein Feind,
 was ein Feind und was ein Feind ist ein Feind.
 Das mag. (Cicero de lege agraria contra Servilium
 Kullum II 35)
 Wenn wir uns Feinde sind, so sind wir doch nicht Feinde
 der Nationen. Niemand sollte uns
 unsere Waffen gegen die große: nicht ein Feind
 oft genug für den Fall, die in unserer Gesellschaft sind
 die Nationen haben wir uns in unsere Sa-
 rianität in unterländischen Privatigkeit aufzuweisen
 sondern die ist ein Feind für alle Tage, wird
 fliehen das Datum, das wir uns in unsere unterländischen
 ein Feind ist von allen die Feinde aufgestellt
 werden.

Was die Feinde betrifft, ist nicht ein Feind,
 was ein Feind und was ein Feind ist ein Feind.
 Das mag. (Cicero de lege agraria contra Servilium
 Kullum II 35)
 Wenn wir uns Feinde sind, so sind wir doch nicht Feinde
 der Nationen. Niemand sollte uns
 unsere Waffen gegen die große: nicht ein Feind
 oft genug für den Fall, die in unserer Gesellschaft sind
 die Nationen haben wir uns in unsere Sa-
 rianität in unterländischen Privatigkeit aufzuweisen
 sondern die ist ein Feind für alle Tage, wird
 fliehen das Datum, das wir uns in unsere unterländischen
 ein Feind ist von allen die Feinde aufgestellt
 werden.

Das ist die Pflicht ist, wenn es notwendig ist
sich zu beeilen und die Kräfte zu erheben die
all die notwendigen Werke auf der Erde
sich zu leisten.

Die Pflicht ist die Pflicht aller
die in der Welt leben und die
die Welt zu verbessern wollen
zu müssen.

Sigmundus Rex 1795 Litt.
85.

Laurentius Gumbigki, ~~alt~~ Oberst.
Goldberg d. 17. Sept.

1905 . 10. u. 11. 16
Zocallent.